



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla Cl.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

perferbere; ex quo de illis erat intestatus, & poterat de illis pacisci, potest etiam ius earum communi perscriptio-
ne amittere. Ita Card. consi. 146. & Felin. in d. c. causam
nu. 4. de perscript. q. tu nota.

3 Fallit etiam quando layci habent inuestituram de decimis, & stante titulo cum perscriptio-
ne 40. annorum. Tunc super eis molestari non poterunt. Ita Feder. consi.
150. & Felin. & doct. in d. c. causam. nu. 1. de perscript.
cum aliis &c.

REGULA CI.

Mixtum an comprehendatur sub simplici t tu conclu-
de q. non in materia odiosa. glo. est not. in c. nullus. in uer-
bo homini. de temporibus ord. in 6. ubi dicitur, q. appella-
tione hominis non uenit clericus, sed purus laycus, &
hoc in materia odiosa, & ibi dominic. quam regulam exa-
minat late Roma. in l. 2. in princ. ff. de uerb. oblig. secus ue-
ro in materia fauorabili. ita doct. in l. si ita scriptum. ff. de
lib. & posthum.

1 Fallit quando pœnam tenderet ad salutem animæ: ita
Anto. in c. omnes. in 4. col. de pœn. & remissi. & Felin. in c.
Mandato de symon. Abb. in c. uniuersitatis in ult. col. de
sent. excommun.

2 Fallit etiam, quando in mixtura una pars, plus incale-
sceret alteri. ex quo mixtum attribui debet ei extremo,
in quo plus incalescit, uulgata. l. queritur. ff. de statu ho-
min. Matth. sing. 39. nu. 2. incip. nota q. & uide Roma. in d.
l. 2. ff. de uerb. oblig.

3 Fallit quoque in hermafrodito, qui si possit esse restis
in testamento, uel in feudo succedere: stabitur suo dicto-
cum iuramento, secundum Bald. in d. l. queritur. ff. de sta-
tu homin. & illa qualitas, quæ erit potentior alteri præua-
lebit. uulg. l. maiore parte. ff. de uerb. signifi.

4 Fallit etiam secundum legem diuinam, quia masculi-
num etiam concipit femininum, ut in prole. secundum
Decium in consi. 570. nu. 12. & Anch. in consi. incip. pro-

H 4 ampli-

ampliori 339. nu. 4. nam illi de prole intelliguntur tam ex parte patris, quam ex parte matris, secundum Borch. Ca. po. consi. 62. per totum, & c. fin. de condit. apposit. & dicitur in l. i. ff. de uerbo. signific. & in prouision. Duc. Tar. 14.

13. Augusti, q. not.

REGVLA CII.

1. Necessitas legem non habet c. sicut de consi. distinc. glo. not. in l. i. uerfi. expedire. ff. de off. consu. glo. in l. item quamuis in uerfi. necessitatem. ff. cōtradiuid & alibi quod est licitum in lege, necessitas licitum facit. c. quod not. est de reg. iur. in 6. & alibi inculpabile est iudicandum, q. necessitas intulit, 30. q. 1. c. ad limina. & Marc. c. 2. ibi p. nes propositionis comedit David, & l. i. ff. de off. consu. cum aliis infinitis, & nota q. triplex est necessitas casualis seu fatalis necessaria, & data opera. Boe. q. 44. nu. 27.
1. Amplia. ut layco licitum est confiteri & absolueri, si esset sacerdos, secundum glo. in c. pastoralis, in uerfi. mortis de offi. ordinarij.
2. Amplia. ut in die festiuo licet piscari, pro uictu. c. licet de ferr. & consilia facere. possunt doct. in casu alicuius in rensis recedere uolentis, & aliter non; ut Io. And. & alij in c. 1. de ferr. & Ias. in l. diuus Traianus. nu. 3. ff. de ferr.
3. Amplia. ut liceat cuilibet furari pro uictu. ut c. 3. de fur. Ang. in l. 2. §. cum in ea. ff. ad l. Rod. de iactu ac armigeris licitum est depredari pro uictu. instante necessitate. canon. in c. 1. de empt. & uend. l. & de conse. distin. 5. c. discipulos.
4. Amplia. etiam ut in casu necessitatis, quis ieiunare non tenetur. Ang. consi. 12. & consi. 278. col. 3. & Bal. in l. causas princ. not. C. de testam. ubi iuris dispositio propter necessitatem suspenditur.
5. Amplia. ut pater ex causa necessitatis filium uendere potest. l. 2. C. de pat. qui filios distrax.
6. Amplia. ut debitor fugitiuus in die ferriata detineri facile potest. glo. in c. ueniens de transact. & c. 2. de obser. ieiun.

7. Amplia.